



In nomine dei omnipotentis. Henricus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Universis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Humiliter
 inter et regali devoti ac legitimi pollicitationibus aurem acclamare pietati. precipue tamen hiis qui eminentiori iure pro christo uiam elegerunt.
 Expropterea constare uolumus. et notum fieri omnibus presentis pagine inspectantibus. quod nos dilecti fidelis nostri. Simoni abbas laurentis et sui
 conventus. nec non et abbas sui que collegii in sconaygia cisterciensis ordinis. per supplicationibus clementer annuimus. uenditioni pariter alterius
 alterius que emptoris in predio Gybenitum nuncupato. et ecclesie laurentis pertinentie. iure dignationis adhibemus assensum. Contractum huiusmodi
 utriusque ecclesie iam dictae punitem. ac donatione memorati prelati a prelato abbate laurentis et suo conventu. abbati et monasterio sconaygeni
 legitime factam. placita serenitate approbantes. pariter que regie celsitudinis auctoritate confirmantes. ad occurrendum igitur super hoc facto in
 posterum omni contradictioni obstaculo. prenotato condicio sconaygeni presentis instrumenti seriem contineri. ac iure magnificentie bulla
 fecimus consignari. statuendo inuolabitur. ac sub interminatione gratie nostre districte precipiendo. ut nunquam de cetero quilibet in possessione preno
 nati predii domum sconaygeni audeat perturbare. Acta sunt autem hec anno incarnationis domini. millesimo. centesimo. xxii. indictione. x.
 Datum apud Wormaciam. iii. nonas Junij.